



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 6. An Regulares post decretum Urbani VIII. die 17. Novemb. anno
1628. potuerint absolvere à casibus Episcopis reservatis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

les, & alii superiores deteriores conditionis sint, quam laici, & clerici, concedimus eis, ut ipsi per se ipsos idem omnino possint in sibi subditos, quod possunt Episcopi in clericos, & laicos sibi subditos, quoad absolvendum, & dispensandum, & alia ibidem (nempe in dicto cap. 6.) concessa, ubi notandum ly concedimus: quod privilegium à Pio V. de novo indultum impetrat. Quo proinde utpotè per decretum sacre Congregationis revocato, & extincto, æquè ac aliis; nequibunt Priores, & alii superiores locales subditos absolvere à casibus Bullæ Cœnæ. Nec audiendus est M. Hyacinthus Donatus i par. praxis, tr. 13. de revoc. priv. quest. 17. num. 25. dum ait: * Tam prædictum novissimum decretum Urbani VIII. quam consimiles declarationes præfata Congregationis debent intelligi respectu secularium, & quando delicta sunt publica, non autem in ordine ad Regulares * pro hac parte referens Molfess. Naldum, Vegam, Soufam, Portellum, & Peyrinum. Non inquam placet, quia virtute privilegiorum, nil possunt Regulares quoad casus Bullæ Cœnæ, etiam circa religiosos, ut constat ex illis decreti verbis: *Non posse quempiam absolvere; ac si secus egerint, absolutiones irritas fore.* Quapropter ad jus commune in Tridentino contentum pro Generalibus, & Provincialibus, quoad sibi subditos, recurrendum est.

QVÆSTIO VI.

An Regulares post decretum Urbani VIII. die 17. Nov. anno 1628. potuerint absolvere à casibus, quos Episcopi sibi reservarunt?

NON disputo, an modò absolvere possint? Quia post novissimum decretum Alex. VII. die 24. Septemb. anno 1665. damnantis ut scandalosam hanc propositi onem: Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtemperant ad id facultate, non licet in controversiam id vocare, sed certissimè tenendum, virtute suorum privilegiorum neutiquam ab ejusmodi casibus absolvere posse. Qui autem in singulis diocesis reserventur, prolixum esset hic transcribere; quapropter ejusdemque diocesis statuta spectanda sunt: qui communiter reservari solent, ut refert Barbosa alleg. 50. eum consule. Ego eos tantum exscribam, qui in hac Toletana reservantur. 1. Contra Parochos, & Beneficiatos, qui fideles ex aliena Parochia ad suam transmutare cogunt, vel inducunt. 2. Contra occupantes, vel retinentes Ecclesiarum bona, aut impediunt exactionem reddituum Ecclesiasticorum, aut extractionem fructuum. 3. Contra non adimplentes Ecclesiæ præceptum, tempore ab ipsa præscripto, & constitutionibus Synodalibus designato. 4. Contra habentes copulam carnalem cum religiosa professa, cum consanguinea, vel affini in primo, vel secundo gradu, aut cum filia confessionis. 5. Contra peccatum nefandum, aut bestialitatem perpetrantes. 6. Contra jurantes falso in alterius præjudicium. 7. Contra blasphemantes publice. 8. Contra beneficos, incantatores, & supersticiosos. 9. Contra falsificantes quodcumque instrumentum publicum. 10. Contra injicientes manus violentas in patrem, vel matrem. Ab his igitur delictis nullus Regularis virtute privilegiorum potest

absolvere, & contrarium asserere, est prohibendum pœna excommunicationis latæ sententiæ Summo Pontifici reservatæ.

2. Quæstio ergo præsens solum est, utrum ejusmodi Alex. VII. decretum, post constitutionem Urbani VIII. anno 1628. editam, potuerint Regulares ab illis absolvere? Affirmarunt plures Blaud Rodriguez, Bauni, Quinadavenas, & alii, quos citatos sequuntur Leander à Sacramento tract. 2. disput. 17. quest. 79. in fine. Thom. Hurtadoz. 1. resol. moral. tract. 5. cap. 4. resol. 16. num. 127. M. Acacius de Velasco Episcopus Oviensis 1. resol. moral. verb. Absolutio, resol. 3. P. Mendo in Bull. Crim. disp. 23. cap. 4. & M. Candidus de cens. disp. 22. art. 1. Sed non omnes ex eodem fundamento. M. Acacius de Velasco sacre Congregationis decretum interpretatur, dicens: * Pero aunque este, y otro qualque decreto de las sagradas Congregaciones tiene la misma autoridad, y sin urgentissimas razones, no se deben dexar de observar, singularmente en los que privan de jurisdicción, como referido (nempe jussu Urbani VIII. editam) con todo no faltan Doctores, quædam, quod velis decretos aprobados por el Papa, y mandados observar por su Santidad, que no tienen fuerza alguna de opinion probable, de fuerte, que qualquiera queda con facultad de seguir lo contrario. Et iterum infra num. 4. * Siento, que no tienen fuerza de ley, ni que es necesario el seguirlos, sino que podrá libremente seguir lo contrario el que tuviere bastante fundamento para hazerlo, y con el punto con seguridad apartarse de la declaracion de los eminentissimos Señores Cardenales arriba referida.

* Si sentit M. Acacius de Velasco de supra adducto decreto sacre Congregationis, demandando Urbani VIII. edito, & ab eodem approbato; subnectimus num. 6. in fine. * Y se ha de advertir, que la confirmacion Pontificia deste, y de los demas decretos, no annada a la declaracion de los Eminentissimos Cardenales, mas que confirmas su probabilidad. * Solle. Cui consonat Brunus Cassing ex Ordine Minorum de Privilegiis Regul. p. 1. tr. 5. cap. 2. prop. 2. dicens: *stud decretum esse sententiam Doctorum à Pontifice approbatam, quæ non magis obligat, quam sententia aliorum Doctorum, cum non sit lex, nec præcata admodum legis, ne habet etiam ululatum revocandam, quæ necessaria est ad dicta Regularum privilegia revocanda.* Sic Brunus, & alii, quibus consentit Delgadillo tom. de Penit. cap. 27. dub. 21. dicens: *præfatas declarationes jussu Clementis, & Urbani VIII. editas esse magnæ autoritatis, non tamen sufficere ad tollendam probabilitatē sententiæ, quam totius videri auctores docent, & Ecclesia non prohibet.*

3. Caterum hoc fundamentum omnino multisplacet, utpotè quo, omnia sacre Congregationis decreta hucusque edita ad abroganda Regularum privilegia ad absolvendum à casibus Episcopis reservatis, etiam intra Italiam, penitus elidantur, quod concedi minime potest. Alias Summus Pontifex Alex. VII. non damnavisset ut scandalosam opinionem concedentem Regularibus, post decretum Clementis VIII. & Urbani VIII. potestatem absolviendi à prædictis casibus, cum nullum ex eis scandalum subortum, supponatur. Ergo necesse est, si prædictum decretum, & similia à Pontifice approbata, non esse meras Eminentiss. Cardin. declarationes, de quibus loquuntur Sanchez, Diana, Ledesma, & alii.

& Villalobos, quos pro sua singulari opinione male adducit Acatius) sed vim legis obtinuisse; ac proinde ubique terrarum, saltem ubi legitime promulgata, & intimata fuerint, debuisse omnino observari; nec oppositum ullam potuisse probabilitatem sortiri.

4. Idem alii ex alio capite difficultatem fugere conantur, respondentes, decretum sacre Congregationis iussu Urbani VIII. editum, vim non obtinuisse ad abrogandam facultatem Regularium. Quia sacra Congregatio solum declaravit: * Per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica, post sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revivisse privilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta absolventi à casibus Episcopis reservatis. * Privilegia autem Regularium, ad huiusmodi abolutionem, nunquam fuerunt à Concilio Tridentino sublata, ut docent Henriquez, Medina, Corduba, Petrus de Soto, Rodriguez, Ludovicus à Cruce, Quintanaduennas, & alii, quos citatos sequitur Leander à Sacram. tom. 4. tract. 2. disp. 17. quæst. 79. Ergo virtute talium privilegiorum idem possunt modo, quod ante Tridentinum: sed antea, ut omnes concedunt, poterant Regulares absolvere à casibus Episcopo reservatis: ergo & modo. Sic discuntur Quintanaduennas tom. 1. singularium tract. 3. singul. 14. & Leander à Sacram. ubi supra quæst. 77.

5. Sed non placent, quia auctores asserentes, non fuisse revocata per Tridentinum Regularium privilegia ad absolvendum à casibus Episcopis reservatis, scripserunt ante declarationem sacre Congregationis de mandato Urbani VIII. in qua oppositum expresse continetur, & à Tridentino extincta fuisse, declaratur, & per ipsum etiam decretum extinguntur: quapropter Quintanaduennas, & Leander verbis decreti Urbani VIII. innitens, illorum auctoritatem elevare debuissent, non eas protegere. Idemque eorum auctoritas nil deservire potest ad probabilitatem, adhuc extrinsecam, huic opinioni conciliandam.

6. Instant Quintanaduennas & Leander; licet concedatur prædicta privilegia fuisse sublata, & extincta per Tridentinum, & postea per sacre Congregationis declarationes, & decreta: nec reviviscere per confirmationes privilegiorum factas, faciendisque possunt tamen reviviscere per novam oranium privilegiorum concessionem, quia oppositum nullibi declaratur: atqui plures Pontifices de novo illa concesserunt, ut Pius V. anno 1567. Clemens VIII. anno 1581. Sixtus V. anno 1587. (quorum verba ex Bullis excerpta referunt.) Imò & ipse Urbanus VIII. anno 1625. in Bulla, quæ incipit: *In plenitudine potestatis*, cuius tenorem refert M. Acatius de Velasco tom. 1. resol. moral. verb. *Absol. resol. 7.* privilegia omnia Ordini Prædicatorum concessa innovavit, & de novo concessit; & ut ait Acatius * Pretendit por el la su Santidad de Urbano VIII. revahidar, no solo los privilegios no revocados por los Sumos Pontifices predecesores suyos, sino tambien los que realmente fueron revocados, porque esto significandas palabras: *Innovamus, & de novo concedimus*, como esta dicho arriba. * Ex quibus num. 8. colligit: * Que esta no y todos los privilegios de los regulares puestas en la misma fuerza, que tenían antes que los revocassen. * Ergo licet virtute confirmationis privilegiorum Regulares non possint ut prius extinctis, & sublatis per Tridentinum; poterunt tamen vi novæ eorundem concessionis ab aliis Pontificibus postea emanatæ.

7. Imò addit cum aliis M. Donatus ex eodem Prædicatorum Ordine; & per novas confirmationes ex certa scientia factas reviviscere: sic tradit in 3. part. praxis resolutor. rerum Regularium tract. 11. quæst. 17. in fine, ibi: * Illud denique advertunt, ly privilegia Regularium semel sublata, & extincta, per subseqentes confirmationes nequaquam reviviscere, (ut dicitur in dicto decreto Urbani VIII.) procedere de confirmatione facta in forma communi, secus autem si fieret ex certa scientia, ut constat ex decis. 1. part. tract. 9. claus. 3. num. 6. ibi: * Clausula ex certa scientia posita in confirmatione privilegiorum, restituit privilegia revocata, &c. quia habet vim novæ concessionis, ut pluries decisum refert Rota Romana. Extra. 11. de confirmat. privilegior. quæst. 2. num. 10. * Hinc, si Dominus Papa confirmaret Regularium privilegia ex certa scientia, absque alio superaddito, & sine ulla limitatione, reviviscerent, atque revalidarentur omnia alia privilegia, tam per generalia concilia, quam per suos prædecessores revocata, & annullata. * Quod autem clausula ex certa scientia in nonnullis confirmationibus privilegiorum Regularium continetur, notat Quintanaduennas ubi supra singul. 17. num. 5.

8. Sed nec hoc fundamentum solidum est, quia sacra Congregatio per ly confirmationes privilegiorum obtentas, & obtinentas, intendit etiam comprehendere novam concessionem in genere; aliter diminuta, & cassi foret declaratio; cum Eminentiss. Cardinales latere non potuerint præfata privilegiorum post Tridentinum, novæ concessionem. Ergo dum in specie facultas absolventi à casibus Episcopis reservatis de novo non concedatur, nequebunt Regulares virtute privilegiorum, quæ ante, & post prædictam declarationem sacre Congregationis obtinuerunt, ejusmodi abolutionem impendere.

9. Omitto, in Bullis Pii V. Clementis VIII. & Sixti V. de novo concedentibus Regularium privilegia, expresse contineri clausulam, dummodo Tridentino non contrarietur; atque adeo nec vi confirmationis ex certa scientia, nec vi novæ concessionis reviviscere poterunt, cum exceptionem contrarietatis ad Tridentinum omnes novæ concessionem, aut confirmationes contineant. Quod autem per Tridentinum sublata, extinctaque fuerint, declarat sacra Congregatio Cardinalium, quam ab omnibus observari Pontifex præcipit. Nec aliud credi potest Urbanum VIII. intendisse in Bulla, *In plenitudine*, (quævis Tridentini non meminerit) dum omnia Ordinis Prædicatorum privilegia restituit, & de novo concessit: aliàs virtute hujus novæ concessionis, etiam intra Italiam, non obstantibus decretis Clementis VIII. & Urbani VIII. & declarationibus Eminentiss. Cardinalium, potuissent Regulares à reservatis Episcopis absolvere, quod aperte militat contra novissimum Summi Pontificis Alex. VII. decretum, in quo ejusmodi doctrinam, ut scandalosam, damnavit. Ut omittam, in generali concessione non venire, quæ in specie non concederentur, ut in præfata contingit, adversari fateri tenentur.

10. Instant secundo. Privilegium Regularium, ad absolvendum à casibus Episcopis reservatis, insertum esse in corpore juris, ut ex Clementina dudum, & extravaganti inter cunctas, docent D. Antonius Tabiena, Armilla, & communiter Doctores, ut testatur, eos sequens, Manuel Rodriguez tom. 1. quæst. Regularium, quæst. 66. art. 2. In generali autem privilegiorum derogatione non comprehenditur insertum in corpore juris, ut cum pluribus, quos

citatur, tradit Sanchez tom. 2. Confil. lib. 7. cap. 1. dub. 21. Ergo cum Tridentinum in derogatione privilegiorum abolendi à peccatis, jus commune non expresserit, in suo antiquo robore manebit; quare adelicet Regulares virtute privilegiorum, quæ aliunde habuerint, nequeant à reservatis Episcopis absolvi, poterunt tamen ex vi juris communis, quod non est propriè privilegium, ut notat Sanchez supra.

II. Hoc fundamento convictis Eligius Bassæus, *verb. Casus reservatus, nu. 37. in fine*, totum plane concedit quoad Patres Ordinis Prædicatorum, & Minorum, quibus ex jure communi id competit. * Dici potest, inquit, quòd hi Patres possunt à dictis absolvere, quamvis aliorum Regularium privilegium sit derogatum virtute prædicti (nempe Clementis VIII.) decreti. * Hæc Ille. Quæ sunt valdè notanda, quia etiam intra Italiam prædictis Religiosis concedit, absolvendi facultatem, quam reliquis denegat.

12. Cæterum intra Italiam audiendus non est, quia in declaratione primi decreti sacre Congregationis de mandato Clementis VIII. facta anno 1601. die 26. Novembris, abrogantur omnia Regularium privilegia ad absolvendum intra Italiam à reſervatis Epifcopo, & à contentis in Bulla Cænæ, cum hæc clauſula: *Etiā miſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ac formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & inſcripta, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generatim eodem importantes, mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, ſeu alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nil penitus omiſſo, & forma in illis tradita ſervata inſerți forent, præſentibus pro expreſſis habendis, quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, illis alia in ſuo robore permanſuris, hac viſi dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Sic ibi, quæ poſtea innovavit, & confirmavit ſacra Congregatio anno 1617. de mandato Pauli V. cujus declarationem adducit M. Donatus 3. part. praxis. tract. xi. queſt. 17. Quibus privilegio inſerito in corpore juris, ſacram Congregationem de mandato Clementis VIII. intendiſſe derogare, videtur mihi certiffimum. Alias oleum, & operam perdidit, ſcilicet quod conſtat ex pluribus, quæ congerit Thom. Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 44. Præterquam quod Diana part. 9. tr. 6. reſol. 51. cum Lezana, & Cattro Palao, inquit, in iure non continet privilegium, quod ſupponitur, ſed abſolvendi ab his, à quibus poſſunt Parochi.*

13. Respondent alij prædictam doctrinam intra
Italiam locum habere posse, pro qua decretum Cle-
mentis editum fuerat, scilicet in Hispania, quam foli
sacra Congregationis declaratio iussu Urbani edita
comprehendit. Hæc enim in Hispaniæ Provinciis
promulgata non fuit, prout opus erat, ut Regulari-
um privilegia ad absolvendum à reſervatis Episco-
po, revocata manerent: ite tradunt non pauci Quin-
tanovennas singul. 15. num. 3. Mendo in Crus. disp. 23. ca.
4. M. Acatius de Velasco tom. 1. resol. moral. verb. Absolu-
tio. resol. 8. num. 8. * Tingo por cierto, que el ob-
reſedicho decreto, & declaratione de la Santa Con-
grecion dicha (nempè ex mandato Urbani VIII) no
es aceptado en los Reynos de España, como con-
ſtata de ſuſo contrario, y por conſiguiente no obliga.
* Leander à Sacramento tom. 4. trab. 2. disp. 17. quæſt.
78. §. Tertio proba. * Qua licet lex non obligat ante
ſufficientem, & authenticam promulgationem: ita
nec revocatio privilegij, cum ſic quedam lex; ſed
hæc privilegiorum revocatio non eſt Regularibus

sufficienter intimata, aut promulgata, &c. ut
mant omnes Religiosi, ac Prælati meo. Sic, &
iterum *quest. 79. §. Rursus.*

14. Thomas Hurtado *rom. i. resol. moral. tit. i. cap. 4. resol. 16. num. 127.* * Sed an sitin Hispania promulgatum, usque receptum, maxime dubio, quare ad minus in foro interno mihi probabile est, esse Regulares nri in hac parte fidei privilegii. Et sic Basilius, *verb. Censuræ servatus. num. 12.* Sacre Cardinalium Congressus de specialimandato Concilii VIII. edidit decretum 9. Januarii anno 1560. quo pro Italia constituit, ut Regulares non possint obviare ad casibus reservatis Episcopo, per quam restrictionem pro Italia satis indicatur, polle etiam Italia, non obstante alio decreto ejusdem Sacre Congregationis in contrarium edito ex mandato Sacrosancti Domini nostri Urbani VIII. anno 1638. die 17. Novembris, quod in Belgio nostro promulgatum non est. * Et inferius *num. 38.* post adductum et verbum Urbani VIII. decretum, concludit. *Unde hodie hoc decretum ad privilegii servandum est, et authenticè publicatum, et usque receptum est.* Et modo autem decreta ad sui obligationem non gerunt in singulis Diœcesibus, & Provinciis promulgatis, tradunt M. Bartholomæus de Med. na. S. r. M. M. Victorellus, Angelus, Molina, & aliquotatos sequitur Diana 1. p. *tr. ad. 10. de legibus. tit. 1.* apud quem probabile putant L. yman, Becanus, mobonus, Lessius, Vazquez, & Molina, & sequitur Trullench in Cruciatam, *lib. 1. §. 7. dñs. 9. num. 10.* Quintanaduenas *rom. i. singulari. tit. 4. §. 1. num. 3.* Miranda, Sa, Conradus, Ludovici & Cince, & alii quos referunt.

15. Insuper suadet hęc sententia, ex his quę doctrinissimus P. Mendo addit in Bullis Concilii, diff. 23. cap. 4. num. 49. Et sequitur in Gregorio XIII. in Bulla prima ipsius, quę incipit *apertius tamus*, cujus meminit Diana *rom. q. 17. ar. 1. n. 174.* concessisse Religiosis Societatibus, nisi nullius privilegii revocatio eis præjudicaret, nisi illi illiusmodi per-
trinas distinctas litteras eundem tenorem con-
nentes, tribus distinctis vicibus, ut nullo tempore
gues Doctores apud ipsum Dianam *supra*. Revocatio
autem privilegii abolvendi periculis speciatim
Episcopis reservatis non est illismodi Societatibus
semel post decretum Urbani VIII. silem in *Edip-
niar*; et omnes nostri (inquit) fatentur.

§. U N I C V S.

Vera sententia.

16. **V**Num in hac parte, ut probabilius ^{supra}
debet, quod etiam si praefata sacra con-
gregationis decreta essent ubique authenticè pro-
paga; potuissent adhuc Regulares abolire. In
his de iure communi Episcopo reservatis, quibus
intra Italiam à Clemente VIII. neque extra Italiam
ab Urbano VIII. est (sublato in Regularibus privi-
legium ab abolendi à casibus de iure Episcopis reser-
vatis, sed ab illis, quos Episcopi sibi reservaverunt, postea
posterior reservatum, ut loquens de Clemente
VIII. decreto, tradidit expressè Diana; per tractat. 4.
sol. 1. §. Nota quarto. Et in terminis decreti Urbani
VIII. tenet cum Averina per Card. 7. rel. 7. Quia
sequitur M. Hyacinthus Donatus in addit. ad praefat.
com. 4. quæst. 30. num. 3. Ubi sic. * Quibus item immo
quod

quod cum in dictis decretis dicitur, quod Regulares, in vim suorum privilegiorum, nequeant absolvere à casibus Episcopo loci reservatis, non debet intelligi de casibus, qui de jure dicuntur, & sunt Episcopis reservati, de quibus infra: sed de his qui expressè ab eisdem Episcopis locorum reservantur. Quod diligenter adverte, ne in praxi contingat errare, ut bene notat Ludovicus à Cruce in *expositione Bullæ Cruciatæ*, disp. 1. cap. 3. dub. 5. Lezana, *verb. Casus*, num. 5. Et Zepedæ de *exempl. Regul. cap. 6. dub. 112.* * Sic ibi. Quibus consentiunt Marcus Vidal in *Arca vitali de casibus reservat. inquis. 1. à num. 121.* Leander, Quintana & Quennas, & alii supra citati. Ergo non obstantibus decretis Summorum Pontificum Clementis, & Urbani VIII. Regulares ubique poterunt absolvere à casibus de jure Ordinario Episcopis reservatis, quales juxta communem Theologorum opinionem, sunt omnes Papales occultæ. Dixi communem, quia eam defendunt supra triginta Doctores, quos refert Thomas Hurtado *tom. 1. resol. moral. tract. 5. cap. 4. resol. 17. §. 2. & tom. 2. tract. 12. cap. 1. num. 1036.* & alii quos sequitur M. Acatus de Velasco *tom. 1. resol. moral. verb. Absolutio, resol. 5. & 7.* Diana *tract. de Bulla, resol. 28. & 3. part. tom. 2. resol. 13. & in addit. post 3. part. resol. 17.* item Bardi, Croulers, Marullus, Ballæus, Oliverius, Mucuchellus, Joannes de Soria, & alii quibus citatis adhæsit Leander à Sacram. *tom. 4. tract. 2. disp. 17. quæst. 84.*

17. Discursus iste legitimus est, vimque suam retinet, etiam post novissimum decretum Alexandri VIII. damnantis ut scandalosam hanc propositionem: Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obstante eorum ad id facultate. Quia Summus Pontifex solum damnat ut scandalosam opinionem, cui Regulares inixi, non obstantibus decretis Clem. VIII. Pauli V. & Urbani VIII. authenticè promulgat, s. adhuc privilegiorum prætextu, à casibus, quos Episcopi sibi reservaverant, absolvebant: non verò damnavit opinionem, quæ Regularibus concedit posse absolvere à casibus de jure Ordinario Episcopis reservatis, quales de facto sunt omnes Papales occultæ, utpote in Tridentino in perpetuum Episcopis concessi (si contentos in Bulla Cœnæ excipias, ab his enim, & si occultis, nequibunt Regulares virtute privilegiorum absolvere, ut diximus quæst. præcedente). Tota hæc doctrina confirmatur ex decreto Sacri. Congreg. jussu Urbani VIII. supra citato; in quo postquam sublata declaratur facultas absolventi à casibus contentis in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reservatis, aut Sacra Congregatio. * Ab aliis verò casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reservatis, siquidem Regulares habeant à Sede Apostolica absolventi facultatem, illam extra Italiam minimè sublata esse eisdem Sacra Congregationis decretis hac de re editis, jussu sanctæ memoriæ Clem. VIII. * Quæ quidem facultas cum nec jussu Urbani VIII. sublata fuerit, poterunt extra Italiam Regulares ab omnibus casibus Papæ reservatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & quæ Episcopi sibi reservarunt sæculares absolvere, ut bene tradit Lezana *1. p. Sum. cap. 19. num. 16.*

18. Est tamen hic advertendum, Regulares virtute suorum privilegiorum absolvere posse ab omnibus casibus Pontifici reservatis supra memoratis, non solum quando occultæ sunt, sed etiam si publicæ. Unde etiam dato ejusmodi casus occultos non esse Episcopales, sed semper mansisse Papales; idemque virtute Cruciatæ semel tantum in vita, & semel

in morte absolvi posse; virtute tamen privilegiorum religionis, tam publici, quàm occultæ toties quoties absolvi possunt, ut patet ex privilegio Pauli Tertii Jesuitis concessio in Bulla, quæ incipit *Dilecti filii*, expedita anno 1545. ibi: * Nec non illis ex vobis, qui præsbyteri fuerint, quorumcumque utriusque sexus Christi fidelium ad vos undecumque accedentium confessiones audiendi, & ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, & etiam Sedi Apostolicæ reservatis; & à quibusvis expressis casibus resultantibus sententiis, censuris, & penis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absolventi, &c. * In hoc enim privilegio nulla ponitur limitatio, pro casibus non contentis in Bulla Cœnæ: ac proinde tam à publicis, quàm ab occultis facultas absolventi conceditur, sicut & à penis, & censuris ex illis resultantibus.

19. Secunda conclusio. Quamvis in hoc privilegio facultas contineatur absolventi à casibus, quos Episcopi sibi reservaverunt, in illis nempe verbis *etiam Sedi Apostolicæ reservatis*, quæ inferioribus prælati reservata concedunt, ut docent communiter Theologi; hæc tamen facultas revocata est per sacram Congregationem decreto supra dato, cui nulla solemnitas afficitur ex requisitis, ut vim obtineat, etiam in Hispania; quidquid cum aliis dixerit P. Mendo *supra* ad revocationem privilegii Jesuitis concessi, non requiritur modò solemnitas illa intimationis, sufficit enim quòd de Societate expressa mentio fiat, ut constat ex illo curiæ: prout re melius considerata tradit Diana *p. 10. tr. 13. res. 22.* Præterquam quod, ut ipsemet refert *p. 11. tr. 2. res. 9.* Urbanus VIII. die 5. Novemb. anno 1631. declaravit omnes constitutiones Apostolicas comprehendere omnes Regulares, nisi expressè excipiantur, nec ipsis prodesset clausulas quas cumque in contrarium suis privilegii superadditas. Idque verum esse supponit Alex. VII. dum ut scandalosam damnavit, & prohibuit opinionem asserentem posse modo Regulares absolvere à casibus, quos Episcopi sibi reservaverunt, aut in posterum reservabunt.

20. Dices præfatum Alexandri decretum non esse in Hispania authenticè promulgatum, nec Regularibus intimationem; ergo in Hispania res manent modò sicut antea. Respondeo primò objectionem istam falsum principium supponere, nempe necessitatem promulgationis authenticæ in singulis Provinciis, ut decreta sacre Congregationis jussu Pontificis edita obligent. Dixi falsum principium, quia ita expressè à posteriori colligitur, ex hoc novissimo Alexandri decreto. Quia non obstante, quod decretum Urbani VIII. revocans facultatem absolventi à casibus Episcopis reservatis, quò poriebantur Regulares, non fuerat in Hispania authenticè promulgatum (ut apud Doctores Hispanos indubitatum est) damnavit ut scandalosam præfatum opinionem, quæ ex hoc capite, utum privilegiorum, quoad absolutionem ab ejusmodi casibus, licitum illis concedebat, quæ quidem damnatio, vel in Hispania locum habere nequit: vel necessario dicendum, eamdem indirectè, & implicite inuri opinioni asserenti non sufficere ad obligationem inducendam, decreta Pontificum, vel sacre Congregationis Cardinalium, eorum jussu edita, ad valvas S. Petri fuisse affixas. Primum dicere nefas esset, alias decretis Alexandri damnantis ut scandalosam prædictam propositionem, extendi non posset ad Provincias in quibus decreta

creta aliorum Pontificum non fuissent authenticè promulgata: utpote in quibus ex defectu conditionis ad obligationem legis, nullum ex non observantia scandalum suboriri potuisset. Ergo necessariò dicendum secundum.

11. Respondeo secundo, quòd licet decretum Alex. VII. ut prohibitivum praxis contrariæ opinionis, nequiret vim legis obtinere, in singulis provinciis, quin in eisdem promulgaretur. (ut putant plures Doctores, quos citatos invenies apud Dianam p. 1. tr. 10. res. 8. contra plures id negantes) tamen ut est declaratio Pontificis, in materia doctrinæ ad mores, vel ad si tempestive sit, & qualificatio, & censura propositionum, quæ ut scandalosa, temeraria, vel erronea notantur, ut locum ubique terrarum habeat, majorem publicationem non exigit, quam si graviore alia nota, v. g. hæreses fuissent affectæ, cum ab eadem potestate omnes notæ prominenti: id è quod undecumque certa moraliter notitia decreti Pontificis habeatur, omnes obligat, nec ulli licet dubitare talem esse propositionem, qualis à Pontifice declaratur, juxta notam inusitam.

22. Rogabis, quæ certitudine tenendum, Ecclesiam & ejus caput errare non posse, in ejusmodi, & similibus propositionum qualificatione, & censura. Hanc difficultatem attigi, sup. disp. 6. quest. 5. num. 42. & seq. & juxta ibi dicta. Respondeo id ita certum esse, ut alii errori proximum, alii erroneum, alii hæreticum oppositum pronuntiant, ut videre licet apud Cardin. de Lugo tom. de Fide, disp. 20. sect. 3. num. 108. Quamvis enim defendere propositionem contrariam, & oppositam illi, quam Ecclesia ut scandalosam damnavit, contingere possit, absque errore in fide, secus verò tueri non esse scandalosam; quia id esset asserere Ecclesiam in suo iudicio errasse: quòd, ut prædixi, aut errorem aut hæresin sapit. Unde qui post decretum Summi Pontificis Alex. VII. affirmaret Mendicantes p. sse ubique à casibus Episcopis reservatis absolvi; unum è duobus sentire necesse est; aut se defendere propositionem scandalosam, aut Ecclesiam errasse. Verum cum hoc ultimum determinatè concedere non cogatur, nil affirmaret ex quo evidenter posset erroris convinci: tamen si non levem suspensionem contraheret.

23. Dices hoc verum esse, quando Ecclesia, vel Pontifex, ut ejus caput, è Cathedra propositionem aliquam damnat, & infamè nota inurit, secus quando non ut Ecclesiæ caput, sed ut Doctor particularis, seu ut præfides alicui Dominorum Cardinalium Congregationi, ut in præfenti contingit. Quadraginta enim, & quinque propositiones, anno 1665. & 1666. damnatae ut scandalosæ (quarum duodecima est, de qua d. sputamus) non in Bulla Pontificia, sed in decreto sacre Congregationis Generalis sanctæ Romanæ, & universali Inquisitionis prodierunt. Quas Sanctiss. Alex. ut illius Præfex, post earum examen, pluribus in sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentiis, & Reverendis. D. D. Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem Inquisitoribus, commissum, re maturè considerata, decrevit, ut minimè tanquam scandalosæ damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet. Quæ quidem damnatio, & prohibitio non à Sede Apostolica, sed à Supremo sanctæ Inquisitionis Romanæ Tribunali prodisse censenda est: ac proinde longè minoris auctoritatis habenda, utpote non à Pontifice ut ab Ecclesiæ capite: Audio nonnullos sic distinguere, sed apud me non bene audiunt. Nam quod Summus Pontifex Emin. Card. consilio, præmisso examine, auditis vo-

tis in doctrina morum declarat, non video cur non pari reverentia suscipiendum, & æque circumspiciendum, ac si in Bulla speciali, & Motu proprio à summo Ecclesiæ capite. Adde pro hac parte universalem Theologorum phalangem, quæ p. simile decretum Clementis VIII. sub eadem forma datum in Generali sanctæ Romanæ, & universali Inquisitionis, in qua die vigesima mensis Januarii anno 1602. opinionem afferentem licere absolvere ab eadem ad minus uti falsam, temerariam, & scandalosam damnavit, ac prohibuit. omnes uno ore fatentur, de hac re dubitare non licere: & tanquam à Sede Apostolica, & à summo Ecclesiæ capite declarante, in universa Ecclesia, hæc damnatio, & prohibitio recepta est: & licet in Tribunali Romanæ Inquisitionis, & in ejus decreto evulgata, nihilominus eam referens Palao tom. 4. tr. 23. disp. 207. s. hoc decretum Motum proprium, vocat dicens: *scilicet quod hæc dubitare non licet, quia Clemens VIII. in Motu proprio, &c. & è Cathedra Pontificis id docuisse, prædicto tomo de Pœnit. q. 3. de confes. num. 20. Nihilominus inter hæc agnoscunt discernimen. Res istæ gravissima est, & digna, quæ Ecclesiæ judicio expressè discutatur, secus ob nullus Doctoris auctoritatem ab illo to dimoveat.*

QVÆSTIO VII.

Utrum validè absolvatur, qui bona fide confitetur casum reservatum Sacerdoti non habenti jurisdictionem?

1. **P** Joannes Præpositus in 3. part. quest. 9. respondet, casum, dub. 7. num. 38. respondet, quòd à solutionem videri validam, si pœnitens ignoret, casum esse reservatum, si vero sciat, non tamen, Sacerdotem non posse ab illo absolvere. Addit verò, sic absolutum manere cum onere comparandi, si postea cognoscat, fuisse defectum jurisdictionis. Cui consentit Dianus p. 9. tr. 1. res. 1. Hoc verò secundum non probat Præpositus, sed proponit. Primum autem suadet conatur, quia Ecclesia hic & nunc tacitè dat jurisdictionem in favorè annu-rum, alioquin innumeri manerent anxii de suis confessionibus, cum plerique Sacerdotes ignorent, casum reservatos, nec proprium sit pœnitentium, eos scire Sacerdotis potestatem investigare: ergo si Sacerdos peccet, si non, valida erit absolutio, si pœnitens bona fide procedat. Quid ego in hac parte dicam, triplici dabo conclusionem. Sit prima.

2. Si pœnitens, simul cum reservatis confitetur alia peccata non reservata, circa quæ confessio jurisdictionem habeat, valida erit absolutio: manet tamen pœnitens cum onere comparandi, si postea cognoscere, pro absolutione reservatis, si postea cognoscere defectum jurisdictionis. Ita sentiunt Lugo disp. 19. sect. 2. num. 31. Suarez disp. 31. sect. 3. num. 1. & c. qui sic intelligit verba illa Tridentini, *nil possunt absolvere nisi pœnitentem, nisi pœnitentem, nisi pœnitentem* personam habentem casum reservatos. Probat per modum, quia ut bene Lugo supra, idem est non recordari alicujus peccati, & ignorare inculpabilem, & ignorantiam illud cōfiteri alteri Sacerdoti: sed qui peccatum talium oblitus, venialia tantum confitetur, si pœnitentem